Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

monuimus. Attamen anno 474 jam finisse defunctum; inde arguitur, quod tunc Lucillus in Societate Severini jam fit versatus. Narratur enim ab Engippio c. 6, Lucillum ex oppido Patavis ad revocandam ex Alemannis captivos fuisse destinatum. Oppidum autem Patavis circa annum 475 fuit ab Alemannis vastatum et eversum, ut postea docebimus. Igitur antea illum annum Lucillus in coetu Severini jam egerat: imo jam antea obsequium illud in captivis reducendis a Lucillo navatum fuisse, ex Historia Severiniana unterstu colligitur. Caterum quod character temporis certus haud occurrat, disquisitionem ulteriorem insuper dabimus. Rechbius Annal. Sab. fc. V § 24: Mortuus est igitur B. Valentinus anno Christi circiter CDLXX. His libens consentio: quantumvis Dom. Mitta S. Valentinum Cassiano Episcopo Sabionensi antiquiorem, Propium Curiense et Bucelinus anno 340 obiisse, Jac. Schrodus ante annum 450, Baronius sub Leone II floruisse, opinentur.

1 Brunnerus, Adelzreiterus, Haraeus, Graffius, Lerchenus apud Rechbium,

33) Ita utrumque Propium: quorum lectiones integras hic recito. Passaviense apud Rauerum Bav. S. vol. I. Valentinus vita sanctitate insignis, ab oceano ad Batava oppidum, nunc Passavium nuncupatum, venit: ubi gentes a vero Dei cultu alienas, verbum vitae praedicaturus, Romam petiit, ut ad praedicandi munus Apostolica interveniret auctoritas. Reversus inde, et jussu Pontificis primum opus aggressus, animas, quarum salutem mire sitiebat, assidua verbi divini praedicatione Christo lucrari diu multumque conatus est. Verum cum semen verbi salutiferi velutin petram frustra se spargere videret, Romam rediit, petens se ad alium populum faciendum fructum, mitti. Sed Valentinus a Pontifice in Episcopum creatus, ac, ut Apostoli exemplo adhuc ibidem praedicando opportune importune instaret, remissus est, facultate ei data, postrinitos tandem labores ad alias gentes commigrandi. Cum igitur sanctus Episcopus spiritu Dei fervens, muneri suo iterum ardenter insisteret, et Batavos ad viam veritatis traducere laboraret: illi Arianorum aucedente perfidia hanc praedicandi instantiam non ferentes eum e finibus suis excedere coegerunt. Quare vir Dei Raetias peragrans hominum saluti ubique praediando quam maxime studebat. Tandem in montana se contulit, ubi multis pro Christo perfunctus laboribus, ingentique animarum fructu